

Appendix. — Europa Nro. 75.

## Regnum Mortuorum.

Sermo Politicus Mortuorum.

*Elysium Meum 2. Septembris 1808.*

In antiquis temporibus — Augustus Livio;

Nostris — Catharina et Fridericus.

In diversis temporibus — semper idem.

*Manes loquentes.*

*Livius — Roderique.*

*Roderique:* Quis est spiritus, qui ad me invisit?

*Livius:* Sum Titus Livius, qui ante annos circiter 2000 historiam Romae scripserat. *Roderique:* Gratulor, celebrem adeo ganium apud me venerari posse. *Livius:* Quid hic ad mensam? *Roderique:* Ephemerides; etiam ego eram condam celebris Novellista Coloniae ad Rhenum. *Livius:* Novellae? Novellista? quod officii genus isthoc? *Roderique:* Ephemerides sunt pagellae volantes, quae cursum praesentium eventuum continent, et tipis impressae in muodum universum omnibus, qui solvunt, mittuntur. *Livius:* Tu ergo, qua Novellista Coloniae fueras Historicus? *Roderique:* Ad officia, quavis hebdomade dederam duas phyliras currentis historiae. *Livius:* Singularis profecto modus historiam scribendi. Ergo multos aluisti, scribas, qui aeta currentia descripserunt. *Roderique:* Nihil minus; omnia edebam typis; en exemplar novellarum meorum. *Livius:* Ergo hoc non est scriptum? *Roderique:* Non; est inpressum; talium passunt una die plura millia imprimi. *Livius:* Pulchrum inventum; nos nec novellas, nec Typographias habuimus. Ergo etiam mea scripta sunt impressa. *Roderique:* Saepius; in Italia, Hollandia, et etiam Coloniae. Typographia tradit aeternitati nomen scriptorum. Anno priori in America Livius nitide tipo editus est. *Livius:* In America? Est haec nova civitas? *Roderique:* Est novus mundus, est Continens nuper detectus, qui magnitudine fere Europam, Asiam, et Africam aequat. *Livius:* Quid? Novus mundus? Nos ergo Romani, qui nos Dominos orbis nominavimus, tantum medietatem ejus occupavimus? Hoc nobis multum derogat. *Roderique:*

Vos Romani, qui vos Dominos orbis nominastis, vix unam vigesimalitatem ejus tenuistis. Nos habemus nunc in extremitate Europae regnum, quod majus est, quam fuit vestrum, quod plane in Persia bellum gerit. *Livius*: Et tu Coloniae ad Rhenum quater per hebdomadem de hoc regno scribere potuisti? *Roderique*: De hoc, et de aliis omnibus, ubi aliquid notatu dignum accidit. *Livius*: Singularis sane methodus, historiam in talibus fragmentis scribendi. Rogo, ostende methodum, novalia scribendi. *Roderique*: Ex corde (Assidet mensae, expandit Novellas, vocat suum domesticum Mercurium, qui litteras, et novalia ex posta ferre solet; interrogat eum, an posta gallica jam advenerit? Reponit ille: En litteras; et novalia; ille haec legens, exclamat; Me herce! magna nova Londino de 8. Augusti.

*Livius*: Quid dicunt? *Roderique* — Legit alta voce: Generales *Stewart*, et *Coot* advenerant ad Portsmouth, unde in Hispaniam trojicient, quorsum etiam Colonellus *Bourbury* jam praecessit. Nos habemus extractus ex Ephemeridibus Hispanicis, qui notari merentur. sunt illi magni momenti, quia ex illis calculare possumus impressionem, quam pugna ad Rio Secco in populo excitavit. — Victoria non erat ex parte Hispanorum. — Dicitur Gubernium nostrum plures Officiales in Hispaniam cum medio stipendio mittere velle, ut ibidem Patriotarum phalanges instruant; ideo alteram stipendii medietatem accipient ab Hispanis, et Portugallis — (Hic accepit cerussam, signat hunc articulum, et mittit in Tipographiam; hic est labor plerorumque novellistarum, qui exteras Ephemerides reimprimunt.)

*Livius*: Ergo hoc est magni momenti? *Roderique*. Quid ni! sed nunc venit adhuc quid majus. — Omnes officiales Anglici, Regis filii non exceptis, debent capillos abscindi curare — *Livius*: Hoc mihi non videtur esse res magni momenti: *Roderique*: Hoc tibi videtur, sed habet magnum influxum in fabricas; nam Centum millia hominum pro involvendis capillis adhibebant annue minimum unum millionem ulbarum ligularum nigrarum; et sic restricta distractione, fabricae laborem non habebunt, et multi laboratores pane carebunt; et si fabricator ligularum quotidie orat in Pater noster: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, et quia panis ejus ab conservatione capillorum dependet, orat etiam *implicite* pro conservatione capillitii.

*Livius*: Sane! vera haec sunt omnia; adeo alte mens mea non penetravit. — *Roderique*: Hic adhuc invenio momentosum articulum in Ephemeridibus Gallicis. (Publicista de 28. Augusti habet: — Privatae litterae ex Dania

sat clare  
ciam. R  
Cabinetu  
fecit obje  
nem eun  
sed omne  
ac tande  
ditur his  
Regis ira  
Ab hoc t  
lia tenta  
invadere  
num bot  
his Nove  
fortunan

*Li*  
*derique*  
vellarum  
scriberet  
ad Typo  
lus ex H  
notificat  
per Gub  
ut profu  
solertia  
pellantur  
vetia to  
ales hab  
legibus  
petendo  
mannus  
petitque

*Li*  
est ars m  
dum, c  
parte im  
debet qu  
saepe re  
lista put  
ecce! es  
untur q  
maticae  
Epheme

*Li*  
aut juxta

sat clare loquuntur de dissensionibus inter Angliam, et Sveciam. Rex Sveciae Legatum Anglicum consultit ad suum Cabinetum, et eidem acerbas de perfidia Gubernii ejusdem fecit objectiones, declarando; se non amplius rem communem cum Anglia facere, nihil contra Norvegiam tentare, sed omnem energiam ad reoccupandam Finniam convertere, ac tandem cum Russia, et Dania pacem inire velle: Ad dicitur his; Legatum anglicum nihil non tentasse, ut justam Regis iram mitiget, qui cum indignatione eundem reliquit. Ab hoc tempore, dicunt caedem paginae, plane impossibilia tentat Rex, ut numerum copiarum augere, ac Finniam invadere possit. Pars classis Carolocoronensis observat sinum bothnicum, et motus classis Russicae. Rex vult, si his Novellis fides, classem Russicam adgredi, ac tandem fortunam, in Finniam excedendi, tentare.

*Livius:* Hoc videtur mihi esse vanus rumor: — *Roderique:* Rumores, dicteria, narrationes sunt objecta Novellarum; nam si scriptor Novellarum tantum veritatem scriberet, saepius vacuae essent pagellae ipsius. — Ferto ad Typographiam. — Ecce! iterum unus officiosus Articulus ex Helvetia de 20. Augusti: Landammannus Helvetiae notificat medio circularium Guberniis cantonalibus; serias per Gubernium Gallicum sibi factas esse remonstrationes, ut profugis ex Gallia in Helvetiam conscriptis majori cum solertia invigiletur, et tales ex territorio Reipublicae expellantur: Ne ullus juvenis ab anno aetatis 15—30 in Helvetia toleatur, nisi a Ministro Gallico subscriptas Passuales habeat; foedus enim amicitiae poscit, ne illis, qui se legibus Patriae subtrahunt, asilum in Helvetia detur; Repetendo itaque iterum, atque iterum, provocat Landammannus Status cantonales ad sanctam horum observantiam, petitque factas eatenus dispositiones secum communicari.

*Livius:* Quantum observo, scriptio novalium non est ars magna. *Roderique:* Hoc putas tu; est officium arduum, et periculosum; Attendendum serio, ne ex aliqua parte impingamus, si lectoribus Novellista satisfacere velit, debet quotidie aliquid novi scribere; sed correspondentes saepe res falsas, detruncatas, et ex auditu ferunt; Novellista putat, se aliquid rari, aliquid recentis accepisse, et ecce! est aut mendacium, aut detorta veritas; mox sequuntur querelae, monitoria, minae, et aliae similes diplomaticae humanitates. — *Livius.* Nunc scio, quid sint Ephemerides.

#### *Bogiraphia.*

*Livius Titus* celebris Historicus Latinus, Paduensis aut juxta alios Aponi natus. Veniens Romam multos de pri-

moribus sibi amicos fecit, demeruitque gratiam Augusti, a quo etiam multa materialia ad suam Historiam accepit. Mortuo Augusto, rediit Paduam, et obiit uno eodemque die cum Ovidio Anno Christi 21. et Anno quarto regiminis Tiberii. Operum ejus celeberrimum, quod ipsi maximae gloriae cedit, est historia Romana, quae incipit ab Roma condita, et currit usque mortem Drusi in Germania. Non erat opus hoc in decades divisum, sed in 140 libros, quorum non nisi 35, et hi non in ordine, supersunt. Amaenitas eorum, qui supersunt, facit, quod omnes eruditi de aliis omissis multum doleant, hinc omnes, sed in cassum, in iis exquirendis adlaborabant. Jam in vivis tantam sibi Livius per hanc historiam conciliavit celebritatem, ut teste Plinio Junio, quidam Hispanus, relicta patria, Romam migraverit unice ideo, ut hunc eruditum virum noscere, et cum eodem loqui possit. Erant tamen aliqui, qui in eo *Patavinitali*, seu dialectum Pataviensem carpebant, et quod in suis relationibus, praesertim de Gallia, et Carthagine haud ubique sincerus esset. Historiam suam scripsit partim Romae, partim Neapoli. Editio nitida prodit Drachenburgii in Hollandia Anno 1738 tomis VII.

Angli dicuntur classem gaditanam, et Carthaginensem occupasse, quae post exauctorisationem Praetoris *Salcedo* per *Insurgentes* cum Classe Callingwoodiana conjuncta, in mari mediterraneo excubare fertur. — Generalis Junot, qui in Arce S. Juliani in Portugallia cum suis steterat, cum 1800c inde discessit, quorsum? non constat. Russi, qui hactenus in navibus suis erant, inde excesserunt, et obsident, ac defendunt arcem, et littora contra insperatum Anglorum tentamen.

Copiae Bavaricae, quae nuper in Tirolim missae erant, inde iterum in castra ad Augustam redire debuerunt, quorsum etiam Jaculatores Tirolenses conveniunt. — Colebris ille Colonellus *Burr* ex America Septentrionali advenit novissime Londinum; Constituit domi cautionem 10000 Dollard, quod in America manere, et in Kentucky semet eorum judicio sistere velit. — Lord Melville dicitur iterum in Ministerium venire, et ideo nuncio extraordinario vocatus Londinum ex Scotia, quorsum ubi pervenit, mox ad Regem in Windsor concessit.

Com

Lice  
setur, qu  
olim Ovi  
eritne tin  
Qua  
meridibus  
eodem p  
veritate  
mentis.

A q  
ris Testa  
genus hu  
ravit. Pra  
res, qui  
tera, qu  
consvevit  
cipimur,  
tatem ex  
alluditur  
fide impl  
scrutatio  
Semipoet  
et Notae  
gicam sp  
xeris. A  
systemat  
ut artific  
omnium  
rum; ho  
ant, non  
narrantes

Bo  
at summ  
narrante  
riae orig